

PETRI IOANNIS  
PERPINIANI  
VALENTINI  
E SOCIETATE IESV

Orationes duodeuiginti.

*Addita sunt alia Legationis Japonicæ cum aliquot orationibus, quarum auctores, & argumentum post Catalogum orationum Perpiniani reperies.*

Iuxta exemplar Romæ editum.



TURNONI,  
APVD CLAVDIVM MICHAELM  
Eiusdem Academæ Typographum.

CIO. ID. XXCHX.

CUM PRIVILEGIO.



3

FRANCISCVS BENCIUS  
EX SOCIETATE IESV.

ODOARDO FARNESIO,  
PRINCIPI. S. P. D.

**E**CTE sanè ac sapienter ODOARDO FARNESI, eruditissimi homines ac litteris dediti, plurimum sibi præsidii ad omnem vitæ cultum & fructum, in nobilium virorum, & omni dignitate principum patrocinio positum esse voluerunt: ex quo factum est, ut non tantum quod Aristippus dicebat, potentiorum ædes celebrent, sed etiā nihil litteris mandent, quod non eorum, quos sibi colendos suscep- runt, præfulciendum nomine atque honestandum putent. etenim, & si lux quædam videtur inesse in omni genere monumen- torum, tamen haud fieri potest, ut cluccat prius, quam eam clarissimi alicuius viri il- lustret nobilitas, & quasi lumen accendat: ut vitrum quamvis suapte natura pelluci- dum sit ac splendidum, nullam tamen ex se effundet lucem, quæ fulgeat ad oculos,

\* 2 nisi



# PETRI JOANNIS PERPINIANI,



Laudationis in B. Elizabetham Lusit. Re-  
ginam, Lib. I.

*Tres hasce orationes tribus deinceps annis, sacre  
D. Elizabethæ die, Conimbricæ in Lusitania  
habuit adolescent.*



V A N T A M hodierna dies lætitiam, atque  
hic tam frequens summorum hominum  
conuentus factus, nō ad obitum, neque ad  
tristem è vita discessum, B. Elizabethæ sanctissimæ  
reginæ deplorandum; sed ad diem natalem ac fœ-  
licem eius introitum in vitam illam beatā & æter-  
nam, si minus debitis tantæ virtuti laudibus exor-  
nandum, certè iustis ac necessariis officiis prose-  
quendum, nobis omnibus afferte debeat (Viri or-  
natiss.) ipsa illa sacra declarant, quæ hac luce mul-  
tis Lusitanæ partibus, magna cum cærimonial re-  
ligionéque celebrantur. Quanta sapientia ac pie-  
tate rex ille omnium literis & monumentis deco-  
randus; quem tanto gemitu superioribus diebus  
amisimus, instituerit; ut ad veterem illam & san-  
ctissimam celebritatem sacerorum à summo ponti-

A

fice